



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 67. Synodus Diöcesana Ypris celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.  
A. C. 1609.

§. LXVII.

*Synodus Diœcesana Ypris celebrata.*

*Concil. Germ.*  
*t. 4. p. 799.*

Cum ob bellicos Belgii tumultus per plurimos annos nulla celebraretur Synodus in Yprensi Diœcesi, hinc illius Episcopus Carolus Masius hoc anno die quarta Mensis Novembris reddita pace ad habendum ejusmodi Concilium Universum Clerum suum convocabat, ac viginti duas Constitutiones & decreta Synodalia edebat: quorum I. erat de Professione fidei, quam etiam Ministris justitiæ, Magistratibus, Librariis & Bibliopolis præter juramentum de non invehendis libris prohibitis emitti, præcepit Synodus, quæ etiam laicis inhibet, ne S. Biblia vulgari lingua sine scripta Ordinarii licentia perlegerent, transgressores vero, nisi Bibliis Ordinario traditis, absolvi prohibet. II. De Prædicatione Verbi Divini. III. De Scholis, quarum aliquas in gratiam pauperum erigi mandat. IV. De Seminario, ad quod nonnisi idoneos & decimum nonum ætatis annum ingressos admitti præcipit, monetque Seminaristas, ut dum ad meliorem fortunam pervenerint, se erga Seminarium gratos exhibeant. V. De Officio Divino & locis Sacris, ubi gramen, quod in

cæ.

cæmeteriis crescit, in commodum Sæc. XVII.  
 Ecclesiæ vendi jubet. VI. De Festis, A. C. 1609.  
 jejuniis & Supplicationibus, in qui-  
 bus SS. Sacramentum in rheda por-  
 tari vetat. VII. De Sepulturis, ubi  
 consuetudinem abrogari præcipit, qua  
 occisorum exequiæ differuntur, donec  
 inter homicidam & occisi hæredes trans-  
 actum sit. VIII. De Sacramentorum  
 administratione. IX. De Baptismo,  
 quod semper sub conditione expositis  
 administrari mandat, etsi sal ipsis appo-  
 situm fuerit. X. De Confirmatione.  
 XI. De Pœnitentia, ubi inter casus re-  
 servatos recenset incendium voluntarie  
 procuratum. XII. De Eucharistia. XIII.  
 De extrema unctione. XIV. De Or-  
 dine. XV. De Sponsalibus & Matri-  
 monio, quod irritum declarat, etsi con-  
 trahatur coram Parocho loci, sed neu-  
 trius contrahentium. XVI. De Epi-  
 scopali Sede vacante. XVII. De vita  
 & honestate Clericorum, ubi omnibus  
 Sacerdotibus injungit, ut saltem Domi-  
 nicis & festis solemnioribus Missam pro  
 suis & populi peccatis offerant. XVIII.  
 De Canonicis. XIX. De Regularibus,  
 qui Ordinis habitum, quem multi ob-  
 turbas mutarunt, vel deposuerunt, sta-  
 tim resumere jubentur. XX. De bo-  
 norum Ecclesiasticorum administratio-

Sæc. XVII. ne. XXI. De Judicibus Delegatis de  
 A. C. 1609. nique. XXII. De Synodo.

## §. LXVIII.

*Decreta Synodi Diœcesanæ Con-  
 stantiensis.*

*Acta Synodi  
 Const.  
 Concilia  
 Germ. p. 851.* Altera Synodus a Jacobo Fuggero in  
 Constantiensi Diœcesi hoc anno die  
 decima octava Octobris celebrabatur, ad  
 quam tamen Princeps & Abbas Cam-  
 pidonensis privilegii & exemptionis ob-  
 tentu nec per se nec per alium compa-  
 ruere, sicut nec Abbas Solemitanus, eo-  
 quod ei Ordinis sui Generalis id inhi-  
 buisset. Pariter nec Johannitarum nec  
 Teutonicorum Equitum ullus intererat.  
 Condebantur ibidem plurimæ constitu-  
 tiones, inter quas tamen ceteris omis-  
 sis nonnisi magis singulares recensebi-  
 mus. Primo igitur prohibet Synodus,  
 ne Catholici addiscendæ linguæ, mer-  
 caturæ vel alio nomine ultra annum in  
 locis hæreticis morentur, aut liberos  
 suos ad Sectariorum Scholas ablegent,  
 aut ad loca hæretica in Matrimonium  
 locent. Præcipit, ut infantes expoliti,  
 etsi Baptismi testimonium habeant ap-  
 pensum, sub conditione tamen rursus  
 aqua Salutari tingantur, & adultis com-  
 munitio sub una tantum specie admini-  
 stretur, eoquod hoc usu Catholici hodie  
 a Se-